




Georg 1203



Georgs-~~B.~~



4

EPI
TOME RENO-
VATAE ECCLE-
SIASTICAE
DOCTRI-
NAE AD
ILL.
PRIN. HESSORVM
PHIL. MELANCH.

EP

M

PH



inde in his
sunt qui ue
na pars Ep
tur Pontifi
plebe uide
tis auctori,
quosdam a
docendum

EPITOME

ME RENOVATAE
ECCLESIASTI-
CAE DOCTRI-
NAE.

PHILIP. MELANCH.



DE RE-

LIGIONE SEV E-
uangelio, semper uarie
iudicatum est, ut testatur
Paulus, cum queritur lu-
deis esse scandalo, Grae-
cis uideri stultitiam. De-

inde in his, qui religionem amplecti uidentur,
sunt qui uentris commodis ducuntur. Nam bo-
na pars Episcoporum ac principum patrocina-
tur Pontifici, priuati commodi causa, multos ex
plebe uidemus Luthero fauere tanquam liberta-
tis auctori, pertesos morum ueterum. Professores
quosdam ambitio, aut spes questus inuitat ad
docendum nouae doctrinae genus, quo se ad uul-

A ij gu

gus uenditent, paucos incitat ad doctrinam operum tuendam hypocrisis, Longe paucissimi metu diuini iudicij, tu cognoscere religionis dogmata, tum sequi student in instituenda uita.

Porro, cum nullo peccato perinde offendatur Christus atque Euangelij contumelia, cauendum est ne quid in negotio Lutherano (ut uocant) statuatis quod officiat Euangelij glorie. Notum est quid interminetur Christus blasphemis, cum inquit, Qui ceciderit super lapidem hunc, confringetur, super quem uero ceciderit is, conteretur. Debet autem in talibus negocijs scriptura consuli, quemadmodum præceptum est Esaie quarto, Ad legem & ad testimonium. Fere deprauatos mores maiorum, male intellecta patrum scripta, & fallax rationis iudiciũ, ad hanc controuersiam iudicandam afferunt. Paulus uero ad scripturam nos reuocat, cum ait scripturam diuinitus esse inspiratam, ut doceat, arguat & erudiat nos ijs de rebus, quæ ad pietatem pertinent, Et Petrus iubet sequi scripturam tanquam prælucentem nobis in his tenebris.

Duo sunt loci de quibus hoc tempore potissimum

simum di
siana ius
ditionibu
qui iudica
siam esse
ones a stul
Verum e
gnas &
uandæ ecc
priori loc
ueram pi
In fin
prædicari
missionem
quid Euan
Christi &
tuit. Est
tentie &
christiana
dem in Ch
remissione
non fit sim
mo cum E
crisim & s

doctrinam ope
 uicissimū metu
 onis dogma=
 a uita .

nde offenda=
 melia, cauē=
 ano (ut uo=
 gelij glorie .
 sus blasphe=
 per lapidem
 ero ceciderit

bus negocijs
 præceptum
 testimonium .

male intelle
 onis iudiciū,
 m afferunt .

uocat, cum
 iratam, ut
 e rebus, quæ
 iubet sequi

nobis in his

pore potiss=
 simum

simum disceptatur. Prior est qua in re sit chry
 stiana iusticia, posterior quid sit de humanis tra
 ditionibus sentiendum. Sunt autem permulti
 qui iudicant non de re, sed de uerbis controuer
 siam esse, & præter necessitatem feri contenti
 ones a stultis, aut etiam ambitiosis hominibus.
 Verum exposita causa, adparebit fuisse ma
 gnas & graues causas & necessarias reno
 uandæ ecclesiasticæ doctrine. Dicam itaque de
 priore loco, qua in re christianam iustitiam, seu
 ueram pietatem esse sentiam.

In fine Euangelij Lucae præcipit Christus
 prædicari omnibus gentibus pœnitentiam & re
 missionem peccatorum, Vnde colligi potest,
 quid Euangelium sit, quæue sit ea iustitia, quæ
 Christi & Apostolorum ministerio, orbi inno
 tuit. Est itaque Euangelium prædicatio pœni
 tentiæ & remissionis peccatorum. Iustitia uero
 christiana est, cum confusa conscientia, per fi
 dem in Christum erigatur, & sentit se accipere
 remissionem peccatorum propter Christum. Id
 non fit simulatione pœnitentiæ aut fidiæ, im
 mo cum Euangelium ueritatem doceat, hypo
 crisis & simulationem tum in pœnitentia, tum
 a iij in fidiæ

in fiducia damnat. Sed spiritus sanctus in humanis cordibus retegat peccatum, & perterret ac confundit conscientias, & incitat ad confidendum Christi promissis, qui & satisfecit pro nostris peccatis, & pollicetur gratis remissionem peccatorum.

Nec metus ille diuini iudicij, nec fiducia, qua erigitur & sercnatur conscientia sumitur, nisi spiritus sanctus corda moueat, Quemadmodum testatur Christus Iohannis .vi. nemo uenit ad me, nisi quem pater traxerit. Et Esa. Non ascendit in cor hominis &c. Et Paulus, homo naturalis non percipit ea quae sunt spiritus dei. Quamq̄ enim audias diuinas comminationes, aut promissiones, tamen pectus non assentitur, ut ut similes, si non accesserit spiritus sanctus. In rebus secundis somniamus leniorem esse deum, quam qui grauius nobis irasci possit, In rebus aduersis crudeliorem esse iudicamus, quam qui nos respiciat, quantumuis implorantes a se auxilium. Deniq; ne unq̄ quidem serio ac uere sentimus nos deo curae esse, ut illi dicunt Ezech .vij. Non uidet dominus nos, deseruit dominus terram. Proinde
spiritus

spiritus sanctus
cutit terro
poenitentia
id est per
rum

Porro
die cor ag
pinionem
cit se in eu
nique agn
iudicare &
sanctus pa
deiectione
miles fruct
que id quo
scribatur l
dei. Est ha
christiana,
per fidem
uim miseric
nam Chris
ut cognosca
Ihesum Chr
Porr

sanctus in hu-
 & perterret
 at ad confi-
 satisfecit pro
 tis remissio-

nec fiducia,
 tia sumitur,
 Quemadmo
 nemo uenit
 Et Esa. Non
 Paulus, ho-
 sunt spiritus
 comminatio-
 nis non assen-
 t spiritus san-
 us leniorem
 nobis irasci-
 liorem esse
 , quantum-
 niq; ne unq;
 deo cura es-
 uidet domi-
 e, Proinde
 spiritus

spiritus sanctus ostenso peccato, & iudicio dei in-
 cutit terrorem conscientis per predicationem
 poenitentia, Et subleuat rursum per Euangelium
 id est per adnuntiationem remissionis peccato-
 rum.

Porro ubi uim tum ira dei, tum misericor-
 dia cor agnouerit, ibi demum ueram de deo o-
 pinionem concipit, qua se credit ei, sperat, reij-
 cit se in eum in rebus aduersis, metuit eum, De-
 nique agnoscit uere eum & respicere nos &
 iudicare & seruare. In hunc modum spiritus
 sanctus parit in cordibus fidem, timorem dei,
 deiectionem nostri, castitatem, modestiam & si-
 miles fructus qui recensentur ad Gala. v. Fit-
 que id quod praedictum est in Hieremia, ut in-
 scribatur lex non tabulis saxeis, sed cordi digito
 dei. Est haec summatim iusticia Euangelica seu
 christiana, confusa conscientia, subleuari nos
 per fidem in Christum, per quem agnoscimus
 uim misericordiae dei, Sic definiuit uitam aeter-
 nam Christus Iohan. xvij. Haec est uita aeterna
 ut cognoscant te solum deum, & quem misisti
 Ihesum Christum.

Porro uita aeterna est illa ipsa iustitia,
 a iij quam

quam praeclat Euangelium, quam ponit Christus simpliciter in cognitione patris, & sui, Neque uero id est nosse deum, quod hypocrisis & humana ratio simulat cum nominat deum. Neque item id est nosse deum, ut uulgo docent, praecepta eius nosse, aut utcumq; simulare. Norant enim Iudaei nomen dei, norant legem, imitabantur ut similes, Et tamen Christus negat eos nosse deum, cum inquit Iohan. viij. Est pater meus, qui me glorificat, Quem uos dicitis, quod deus noster est, nec nouistis eum. Qui uere norunt, cum reformidant uere iudicium eius, tum eriguntur in rebus aduersis, ut ab ipso opem securi expectent, Parit enim fides tranquillitatem in corde & securitatem, quã certe liberi arbitrij uires, nullo modo prestare possunt, Et tamẽ hic uerissimus dei cultus est, iuxta psal. xlix. Inuoca me in die tribulationis, & eripiam te, & honorificabis me. Non uocat cultum dei, missas aut alias ceremonias, aut opera. Sed inuocari deum in rebus aduersis. At in rebus aduersis ratio sentit plane se negligi, nec respici a deo, Fides autem cor incitat, ut de deo bene sentiat, ut sentiat se deo curae esse.

Adumbrati

Adumbrati
na seu eua
hec obscur
facias, Euan
deri sultit
Paulus. V
stum iudica
plicium su
tea in euer
blasphemis
tatem.

vide a
scientijs,
ipssimam
Christum n
fatione, sin
cognitione
bus ac com
conscientia
cerant. H
rius aliquat
spem saluti
res etiam,
tum retule

ponit Christi
 is, & sui, Ne
 ypocrisis &
 at deum. Ne
 ulgo docent,
 imulare. No
 at legem, imi
 bus negat eos
 ij. Est pater
 dicitis, quod
 Qui vere no
 ium eius, tum
 b ipso opem
 les tranquila
 na certe libe
 stare possunt,
 st, iuxta psal.
 nis, & eri
 uocat cultum
 , aut opera.
 sis. At in re
 neglig, nec re
 tat, ut de deo
 a esse.

Adumbrati

Adumbrati ut cunq; qua in re sit christia
 na seu euangelica iustitia, scio autem partim
 haec obscura partim ridicula uideri, Sed quid
 facias, Euangelium scandalo esse iudaeis, & ui
 deri stultitiam gentibus, multo ante praedixit
 Paulus. Verum hi qui haec rident, sciant Chri
 stum iudicaturum esse, & de blasphemis sup
 plicium sumpturum. Et cum declarauerit an
 tea in euersis Hierosolymis quantum irasatur
 blasphemis, non conuiebit ad nostram impie
 tatem.

Vide autem quantum solacij sit miseris con
 scientijs, in hac praedicatione, cum intelligunt
 ipsissimam iustitiam esse, credere quod per
 Christum remittantur peccata, sine nostra satis
 factione, sine nostris meritis. Noui, qui ante
 cognitionem huius doctrinae, cum satisfactioni
 bus ac commentitijs operibus, non posset erigi
 conscientia, plane spem omnem suae salutis abie
 cerant. Hi postq; Euangelium illuxit orbi cla
 rius aliquanto, rursus ingenti animo concepere
 spem salutis, Nec spem modo concepere, sed ui
 res etiam, seu robur aduersus peccata. Tan
 tum retulerit recte cognoscere Euangelium.

A v Offenduntur



EPITOME RENOVATAE

Offenduntur plerique cum audiunt fidei tantum tribui, maluntque opera exigi. At nos non de ea fide loquimur, quam simulat ratio quae publice est omnium, sed de uera cognitione dei, quae parit timorem & ceteros bonos fructus. Præterea docemus requiri poenitentiam, quae certe a malis operibus, si modo non simulatur, reuocat nos, Hanc iustitiam quam descripsi, requirit Christus, Ceremonias & similia non requirit, cum ait, Regnum dei intra uos est, Quare nec Mosi ceremonias exigit, & liberum nobis fecit, uti ceremonia nostra, uidelicet Eucharistia, cum uolumus.

DE IUSTITIA HVMANA

PAVLVS AIT NON OMNIUM esse fidem, Quare christiana iustitia non est publice omnium, sed paucorum, quos deus uelut e mundo euocat. Quid igitur facias, dicces, de eis qui non habent iustitiam Christianam? An peccabunt & audebunt omnia impune, donec deus eos immutet? Nequaquam,
Paulus

EO

Paulus en

Est itaque
iustitia huius
Hanc ego
AN uocatur
ait legem
rum tantum
bus esse,
pedagogum
mores for
officia con
dei, docent
cohibet, sic
rum .xxvi
uirga in d
Ne subtra
cufferis uir
am ius gla
mori malis
prudenter
discernenda
gelium, u
pij quidam

unt fidei tan-
 ig. At nos non
 lat ratio que
 ra cognitione
 ros bonos fru
 ri pœnitenti-
 modo non si-
 am quam de
 nias & simi-
 um dei intra
 onias exigit,
 onia nostra,
 us.

OMNIUM
 iustitia non
 t, quos deus
 r facias, di-
 m Christia-
 omnia im-
 Nequaquam,
 Paulus

ECCLESIAS. DOCTRINAE

Paulus enim docet legem iniustis esse positam.

Est itaque præter Christianam iustitiam, iu-
 stitia humana, qua coerceri impij debent,
 Hanc ego iustitiam soleo PAEDAGOGI-
 AN uocare secutus Paulum, qui ad Gal. iij.
 ait legem pedagogum esse in Christum, & pue-
 rum tantisper sub lege debere tanq̄ sub tutori-
 bus esse, dum grandescat in Christo. Hec
 pedagogia politica quædam iustitia est, quæ
 mores format, & ritus & humana & ciuilia
 officia continet, pueros assuefacit ad cultum
 dei, docendo, exercendo, stolidū uulgus a uicijs
 cohibet, sicut et Solomon præcipit prouerbio-
 rum .xxvi. Flagellum equo, chamus asino, &
 uirga in dorso stulti. Et Prouerbiorum .xxiij.
 Ne subtrahas a puero disciplinam, si enim per-
 cusseris uirga non morietur. Huc pertinet eti-
 am ius gladij, qui, ut Paulus ait, debet esse ti-
 mori malis, honori bonis. Hæc politica iustitia
 prudenter est a religione seu euangelica iustitia
 discernēda. At pleriq̄; hodie ita prædicant euan-
 gelium, ut noua impietas nascatur, Nam im-
 pij quidam homines simulant fidem, & de
 Christi

EPITOME RENOVATAE

Christi nomine gloriantur, & securitatem quam carnalem concipiunt, a qua in magna uicia precipitantur, nec coherceri se debere arbitrantur. Negligitur & puerorum institutio, & hoc genus alia, cum tamen subiecerit deus huic pedagogiae omnes qui uel non sunt in Christo, uel imbecilles sunt, iuxta illam Pauli sententiam ad Gala .iij. & .iiij. In lege praeceptum fuit, ut adium uestibulis inscriberetur De alogus, item uestium simbrijs. Talia officia quid aliud quam pedagogia erant, qua cohercerentur & refrenarentur pueri & reliqui similes pueris? ad hunc modum etiamnum erudienda, regenda, & cohercenda erat multitudo legibus & certis officijs. Et opinor olim hoc consilio condita esse monasteria ubi pueri iuxta hanc pedagogiam instituerentur. Sed talis pedagogia quam diuinitus praecepta sit, tamen non iustificat coram deo. Sed (ut Paulus ait) sunt egena elementa mundi hoc est ordinationes, quae necessitati humanae seruiunt, nec merentur gratiam aut remissionem peccatorum, aut ut contingat spiritus sanctus. Sic enim Paulus dicit ad Ephesi .ij. Gratis saluati estis per fidem &c. immo

Immo ubi
christiana,
sterijs ped
pium &

Hacten
quum est, u
telicis theo
Docent m
conatu gr
tisfactione
obscuratur
conscientia
stris merit
det salus s
iustificatio
rationis co
aliud nisi
Paulus cum
&c. Item,

Potest
controuers
gratuita re

Immo ubi accesserit opinio quod ea sit iustitia christiana, peccatur, quemadmodum in monasterijs pedagogiam uidemus uersam esse in impium & commentitium cultum dei.

Hactenus meam sententiam exposui, Reliquum est, ut indicem, ubi dissentiat ab Aristotelicis theologis, faciam autem hoc breuissime. Docent mereri nos nostris uiribus & nostro conatu gratiam, peccata remitti propter satisfactiones nostras, quibus dogmatibus plane obscuratur satisfactio Christi. Quid autem conscientia solacij aut spei habeat, si ex nostris meritis non ex gratia per Christum pendet salus? Fere item nec in poenitentia, nec in iustificatione requirunt spiritum sanctum, sed rationis conatu contenti sunt, Qui tamen nihil aliud nisi mera hypocrisis est, sicut testatur Paulus cum ait, non ascendit in cor hominis &c. Item, Omnes uacui sunt gloria dei.

Potest hinc cognosci in uerbis tantum, an re controuersia sit, Euangelium propter Christum gratuita remissione peccatorum erigit conscientias

EPITOME RENOVATAE

tias, Aristotelici doctrina meritorum adigunt ad desperationem, Evangelium docet per spiritum sanctum purgari corda & renouari, ut agnoscant deum, fidant deo, & timeant deum, Aristotelici rationis hypocrisis hæc perfici posse putant. Est autem obscurum discrimen, propterea quod oculis carnis cerni non potest.

DE POSTERIORI LOCO

QUANTO QUAM SUPERIOR locus obscurior sit disputatio de humanis traditionibus tamē nescio qui fiat, ut hæc disputatio maiores motus in orbe excitet. Et cū Lutherus magis urgeat illa quæ supra dixi de pœnitentia, de gratuita remissione peccatorum, de fide & spe & moneat ibi summam esse religionis, tamen non parum multi sunt, qui existimant nihil docere Lutherum nisi humanarum traditionum contemptum. Atque hi se ualde pios esse putant, ubi in sacerdotes fortiter debacchati sunt, aut contra morem carnes ederrunt. Ego meâ sententiam breuiter recensebo.

Dominus

EC

D

se coli man
sententiam
impietas est
stiuere, au
seruatione
sententia,

Sunt autem
peccatum se
cibus, aut si
his satis est
iustificent se
ta Pauli sen
tamē pacis
ta regulam,
eas una duo
atus est, nō
tio, nō acce
citra peccati
iusmodi est
liter & im pi
gat omnibus
lius esse nube
rentur hanc

orum adigunt
locet per spiri
nouari, ut ag-
eant deum, Ari
erfici posse pu
en, propterea
k.

I LOCO

PER IOR
tatione de hu
ui fiat, ut hec
excitet. Et cū
upra dixi de
peccatorum,
nam esse re
iunt, qui ex-
nisi humana
Atque hi se
dotes fortiter
n carnes ede
recensebo.
Dominus

Dominus apud Esaiam inquit frustra
se coli mandatis hominum, & repetiuit hanc
sententiam Christus apud Mattheum. Quare
impietas est, traditionem ullam humanam in-
stituere, aut seruare pro cultu dei, seu ut ea ob
seruatione iustificeris. Satis clara est Christi
sententia, frustra se coli mandatis hominum.

Sunt autem quaedam traditiones, quae citra
peccatum seruari possunt, ut quae de uestitu uel
cibis, aut similibus nugis constitutae sunt, De
his satis est iuxta Euangelium sentire, q̄ non
iustificent seruatae, neque obsint neglecta, iux
ta Pauli sententiam, ne decretis uexemini. Et
tamē pacis studio retulerit seruari ciuilitate, iux
ta regulam, Si quis adegerit te ad mille passus
eas una duo milia. Itē, Qui in circūcisione uo-
catus est, nō accersat praepuciū, qui in praepu-
tio, nō accersat circūcisionē. Sunt aliae quae
citra peccatum seruari ne possunt quidem, Cu-
iusmodi est impurus ille calibatus, qui crude-
liter & impie exigitur a Papa. At Christus ne-
gat omnibus esse datum. Et Paulus scripsit me-
lius esse nubere quam uri. Proinde nihil mo-
rentur hanc traditionem hi quorum uires non
suppetunt

EPITOME RENOVATAE

suppetunt coelibatui, Neque enim ulla traditio
 humana contra uerbum dei constituere potest.
 Non est omnibus datum. Nec uota ualent his in
 rebus, quae sine peccato praestari non possunt,
 Quid enim si uoueris eadem te facturum esse. At
 in eorum uotis, qui coelibatum praestare non
 possunt, quiue per obseruationem illam mo-
 nasticen se iustificari iudicant, peccatum est,
 Quare rescindenda sunt, praesertim cum Pau-
 lus aperte dicat spiritus mendaces esse qui pro-
 hibent matrimonium. At horum spirituum,
 principes, qui tuentur Papae legem, lictores et
 satellites sunt, Et quemadmodum ait Micheas
 princeps postulat et iudex obsequitur. O mise-
 randam conspirationem. O infelix foedus,
 cum uideant principes Papam cum deo pa-
 lam bellum gerere, cum in propatulo sit sim-
 pliciter religionem ab illo contemni, non com-
 mouentur tamen ut suae salutis potius consulant
 quam seruiant illius furori. Saxeae pectora ni-
 mirum illis sunt, qui dei uoluntatem usque adeo
 nihil morantur.

Superest res missaria de qua hic non atti-
 net disputare cum negociationem in missis et
 eorum

EC

eorum mor-
 ne papiste
 men neq; ha-

Habes

astica doctri-
 ferres haec a-
 at cuiusuis i-
 ut ad te per-
 ristia non ut-
 moniarum u-
 quae nobis in-
 utendi, nisi t-
 officij mei ess-
 tis referre ut-
 tatis. Hora-
 iter monstra-
 sit molestum
 certe pio stu-
 periculosa d-
 rum. Et cer-
 et de traditi-
 sana consilia
 pax possit,
 tur, a seditio-
 pe patrocina-

m ulla traditio
 tituere potest.
 ta valent his in
 non possunt,
 facturū esse. At
 prestare non
 em illam mo=
 peccatum est,
 rtim cum Pau=
 s esse qui pro=
 um spirituum,
 em, lictores &
 m ait Micheas
 quitur. Omise
 felix foedus,
 cum deo pa=
 otulo sit sim=
 ni, non com=
 otius consulant
 ea pectora ni=
 m usque adeo

hic non atti
 in missis &
 eorum

ECCLĒSIAS. DOCTRINÆ

eorum mores qui rem missariam prophanant
 ne papiste quidem ipsi probare possint, Et ta=
 men neq; hanc corrigi patiuntur.

Habes quid sentiam de renouata ecclesi=
 astica doctrina, Neq; sum ueritus ne grauius
 ferres hæc ad te scribi, cum de religione dece=
 at cuiusuis iudicium cognoscere, & tu iusseras
 ut ad te perscriberem, peccaret ne qui Eucha=
 ristia non uteretur. Non potuit autem de cere=
 moniarum usu comode dici, deq; libertate illa
 quæ nobis ius facit utendi ceremonijs, aut non
 utendi, nisi totam causam complecterer, iam &
 officij mei esse putauī, monere quæ & tuæ salu=
 tis referre uidebantur, & publicæ tranquilli=
 tatis. Horatius iubet aspicere, etiam si cœcus
 iter monstrare uelit. Quare te quoq; rogo ne
 sit molestum hæc cognoscere qualiacumq;, quæ
 certe pio studio ad te perscripsi. Vides quam
 periculosa dissensione conflictetur orbis terra=
 rum. Et certatur fere de ceremonijs tantum,
 & de traditionibus humanis, Vbi si palūmodo
 sana consilia admitterent principes, sarciri
 pax posset, Multitudo nōnunq; utrinq; irrita
 tur, a seditiosis concionatoribus. Nā & qui Pa=
 pe patrocinantur impijs concionibus & libel=
 lis,

lis, tantum exacerbant animos hominum. Et quidam pseudolutherani prophanis & sediciosi clamoribus dum gratificantur multitudini alioqui cupida nouarum rerum, passim sediciones excitant. Neque enim fieri potest unquam, quin priuatis cupiditatibus nomen Euangelij prætexatur. Vidi qui decimas quæ alia negabant præstari debere magistratibus aut his quibus magistratus adsignauere. Tales in terea utrinque concionatores nascuntur, dum cessant principes honestis consiliis opem adferre reipublice. Nam qui simpliciter opprimere Euangelium conantur, nihil promouebunt. Sic est Euangelium, non potest humana ni opprimi. Rursus hi qui nimium multitudini, uel metu, uel stultitia permittunt, non prouehunt Euangelium, sed alunt furorem multitudinis in publicam perniciem, Et cum abutitur multitudo uerbo dei, plus ledit Euangelij gloriam quæ qui aduersantur. Proinde principes oportuit & facere copiam docendi Euangelij (quod cum recte traditur, pacem & tranquillitatem docet non excitat sediciones) & coercere furorem multitudinis, quæ impio prætextu Euangelij tu-

multuatur

multuatur,
se minatur f
principes ut
Pauli uerbi
de nec poter
gelio princi
historie reg
rit Leuitas,
emplo debe
& bonos ui
ri negligenc
rum ueluti s
omnes conse
gio uel puer
bant hec lon
sui, cum arb
commendo it
tue cuius si
phat imitari
stus spiritum
time consule
Euangelij cu
quos necessi
pontificijs l

hominum. Et
 panis & sedi-
 untur multitu-
 rum, passim
 fieri potest
 bus nomen E-
 decimas qui a
 gistratibus aut
 cre. Tales in-
 scuntur, dum
 is opem adfer-
 iter opprime-
 promoebunt
 mana ni oppri-
 udini, uel me-
 prouchunt E-
 multitudinis in-
 outitur multi-
 ij gloriam q̄
 ipes oportuit
 elij (quod cum
 illitatem docet
 cere furorem
 Euangelij tu-
 multuatur

multuatur, ac in aliorum fortunas impetum
 se minatur facturam. Nam in hoc gerunt arma
 principes ut sint timori malo operi, Vtar enim
 Pauli uerbis. Dei donū pax est, et eximū qui-
 dē nec poterit conseruari, si in opprimēdo Euan-
 gelio principes deum a se alienarint. Sacrae
 historiae regem Iosaphat praedicant q̄ consti-
 rit Leuitas, qui religionem docerent, Huius ex-
 emplo debebant principes curare moderatos
 & bonos uiros, qui sacra docerent, Nec pue-
 ri negligendi erant, q̄ ea aetas rerum publica-
 rum ueluti seminarium sit. Erantque artes ille
 omnes conseruandae summa cura, quas uel reli-
 gio uel puerilis institutio requirit. Desidera-
 bant haec longiorem orationē, sed ego breuior
 fui, cum arbitrarer te commonendū tantū esse,
 commendo itaq; religionis causam conscientiae
 tuae cuius si rationem habueris, mauoles Iosa-
 phat imitari, q̄ Pharaonem. Opto autē ut Chri-
 stus spiritum tibi suppeditet, & uoluntatem opa-
 time consulendi & tuae et publicae saluti, ne uel
 Euangelij cursum moreris, neue seuias in eos,
 quos necessitas & conscientia cogit alicubi a
 pontificijs legibus discedere.

Finis

1407
1408

SCILICET DEUS DOCTRINA


Faint, illegible text in the upper portion of the page, likely bleed-through from the reverse side.




ofn.
stritru
nny
mphi
a gtor
negat
a rntat
equatru

Ina natura aut arte recognata finit
proprietate sunt n̄ que fortuito
veniunt












IN ECTI
CAM
ARIS
TOTI







xrite

colorchecker CLASSIC



mm

